Vladislaus Quartus Dei gra Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russ.
Pruss. Mazoniæ Samogæ Liuoniaq; nec non Sueccorum Gottorum
Vandalorumq; hæreditarius Rex. Electus Magnus Dux Moschuæ

Gnose Fid; nobis dil; Inter alios quos ad Tractatus cum Commissarijs Sue-
ticis reassumendos deputauimus, Fid; quoq; Vram designauimus; quod
matuře ei significare voluimus: cumq; primis diebus Junij negotium
inchoari oporteat, requirimus à Fid; Vra, vt ad tempus illud, cum sese
reliqui à parte nra Commissarij sistent, in constitutum locum Fid; Vra,
pro eo quo in Rempcam fertur affectu veniat; vt collatis in vnum consi-
lijs et medijs, rem pro sui magnitudine, nostra dignitate, nec non Reipcæ
securitate, tractent et perficiant. Nihil dubitamus Fid; Vram, hac in re
et officij sui, et desiderij nostri, rationem habituram; nec non promptè ad
nauandam nobis et Reipcæ operam sese accincturam. Quam benè Vale-
re cupimus. Dat. ex Castris Vltra Smolenscum ad Borysthenem Die VII
Februarij Anno Dni MDCXXXIV. Regnorum nostrorum Poloniæ Primo
Sueciæ Secundo Anno.

Vladislaus Rex

Generoso Erhardo Denhoffio
Capitaneo Koscierzinensi
Fideliter nobis dil[ecto]



164